

veldomiciliō commodō, potest respirare, novum-  
que prorsūs inchoare vitā genus : id quod de  
Deō ipsō requiem præbente, exponit *Kimchi*. de  
internā autem pace & animi tranquillitate repe-  
tenda, vel etiam de sempiternā requie, *Bellar.*  
*t. 4. de amiss. grat. l. 4. c. XI. f. 96.* Beza. redi ad te  
nunc, & quiesce.

**גָמַר** *benefecit tibi:*) sic Vulgatus & Pagninus. Alias verbum hoc relativum esse solet, *retributionem* denotans pro ratione antegressi vel meriti vel demeriti; ut *Psal. XVIII, 21.* יְגִמְלֵנִי קָצְרָקִי secundum puritatem manuum mearum retribuit mihi ; hic tamen, ut alibi non raro, absolutè idem est, ac *beneficium conferre*, ex *statu misero cripere ac salvum præstare*, (ita ut conveniat cum præcedente *υιροσιν* *vers. 6.*) vide dicta *Psalm. CIII, 2. Prov. III, 30.* nec non *Drusium l. i. misc. c. 47.* ubi Basilius interpretationem verbi hujus affert. *Campensis:* Dominus pro te persolvit , quicquid debebas tu, quæ licet in se sint vera, his tamen verbis significata haut sunt. Interim etiam *Basilius b. l.* omnia merita prorsus convellit & eliminat : id quod obfuscare conatur *Six. Sen. l. 5. bibl. ann. 199.* sed frustra. Ideò vero ad requiem , Deum , reverti debet anima , quia idem ille , ut antea benefecit multoties , similiter faciet quoque impræsentiarum. *Kimchi.*

## EXPLICATIO VERSUS VIII.

**חִלְצָת** eripuisti: ) en subitam personarum mutationem! proximè enim suam compellaverat animam, nunc è vestigiō convertitur ad Deum salvatorem ipsum, de quā apostrophes figurā consulas Glasium l. 5. p. 541. vide etiam P̄al. XVI, 5 LII, II. LXVI, 10. Prov. XXX, 7. De emphasi radicis vide sis dicta Prov. XI, 8.

**נֶפֶשׁ** animam meam:) i. e. vitam, per metonymiam; vel meipsum, per synecdochen.

**מוות** è morte:) i. e. mortis laqueis, vel mortiferis tormentis, vers. 3. cum aeterno carceri jam jam essem includendus, tempestivè me retraxisti: vide Psalm. CXVIII, 18. castigavit me Dominus, sed morti non tradidit me. item Psal. LVI, 14. De liberatione in hac vita impetrata proprietè hic agi, vult etiam B. Gerhardus t. 8. de resurrectione, ib. II. p. 990. quem vide.

*עִנֵּי oculum meum:) scilicet utrumque (per  
enallagen numeri.) A lacrymis autem oculum ex-  
trahere vel eripere, est, lacrymantem hominem  
transferre in statum hilarem lacrymisque vacu-  
um, ubi cur aliquis plorare pergit, causam nul-  
lam habet. Confer lacrymarum abstersionem,  
*Jes.* XXV, 8. *Apoc.* VII, 17. XXI, 4. *Psalms* CXXVI, 5.6.  
item lacrymas Hiskiæ , mortis imminentis causâ  
fusas, *Jes.* XXXVIII, 3.*

*pedem meum a lapsu:*) i. e me vacillantem lapsuique vicinum eripuisti ex ifthôc ancipite statu, meosque confortasti velut talos, ut firmiter jam consistam; nullumque ulterius exitium aut ruinam metuere habeam. Vide *Psal.* LVI, 14. eripuisti animam meam à morte, nonne pedem meum à lapsu? ad ambulandum coram Deo in luce viventium: *Psalm.* XXXVIII, 17. dum vacillat pes meus, mihi fastuosè insultant: item *Psalm.* CXXI, 3. CXL, 5. XCIV, 18.

*ab impulsione:*) i.e. ne ad lapsum impellere me amplius queat meus adversarius. **בְּחָה**, unde praesens nomen; (quod hic sonumque,

A lummmodo & *Ps. LVI*, 14. extat,) deductum, proprie est titubantem aut infirmorem impetu quodam ad lapsum impellere, ut proruat in foveam, aquam, exitialeme locum alium; v. g. *Ps. CXVIII*, 13. בְּחִרֵבִי impellendo impulisti me, ut ruerem: *Psalm. XXXV*, 5. angelus Domini רוחך impellat eos in viâ tenebricosâ ac lubrica, *Psalm. CXL*, 5. cogitarunt לרחות gressus meos: *Psalm. XXXVI* 13. ibi cedunt iniqui, הַגָּה impelluntur, ut surgere nequeant. vide sis dicta *Prov. XIV*, 32. propter malitiam suam חַטָּא impius. Ordo autem beneficiorum secundum *Coppens*. hic est: non modo à morte, verum etiam à lacrymis & lapsu me eripuit, adeò ut necorrectatus fuerim, nedum mortuus.

## EXPLICATIO VERSUS IX.

**אָהַלְךָ** *ambulabo* : ) i. e. ut liberè nunc post nutationes impulsionesque priores , vers. 8. queam incedere, quomodo in locô parallelô Ps. LVI, 14. per gerundium hoc præcedentibus annexetur **לְהַתֵּל** *ad ambulandum coram Domino* , i. e. ut cultui divino solenniter & absque obstaculô vacare vel invigilare queam, Deoque meo liberè inservire ; vide l. c. *Vulgatus* : placebo. *Dietenb.* & *Moguntina* : ich will wohlgefallen. Nimirum LXX. phrasin hanc expresserunt non raro per ἐναργεῖται τῷ κυρίῳ , vel ἐνώπιον κυρίᾳ , ut *Gen.* V, 22. 24. VI, 9. XVII, 1. &c.

**לפנִי coram Domino:**) i.e. in loco cultus publico, ubi præsentiam suam peculiariter promisit Deus. Hinc *Campensis*: in atriis ejus.

**בָּאָרֶץ** *in terris viventium* : ) pluralis hic non semper distincta denotat territoria, regna vel provincias , sed quandoque respectum solummodo habet ad distinctas territorii unius plagas ; siquidem ita legimus non tantum de terra Canaanorum , quam populo suo tradidit Psalm. CV, 44. dedit illis אַרְצֹת גּוֹיִם ; item אָרֶץ Israelis , 1. Par. XIII, 2. verum etiam de territorio tribus Judæ & Benjamin. 2. Par. XI, 23. dispersit de omnibus filiis suis in omnes אַלְמָנוֹת Judæ & Benjamin. Proindeque & hic accipere possumus de distinctis terræ sanctæ plagiis , in quibus David , è tantis periculis incolumis , liberè post-hac ambulaturum se sperat. confer Jes. XXXVIII, 11, ubi Hiskias : *non sum visurus Deum in terra viventium.* non male Genebrardus : ubique terrarum fuero. Pluralis ob varia ecclesiæ militantis exilia. In textu parallelo est : בָּאוֹר *in lumine viventium.* De beatitudine cœlesti Estius h.l. De vita autem præsente Belgæ , Drusius l. 2. anim. c. 7. ex Jer. XI, 19. abscindamus eum è terra viventium : & Jes. LIII, 8. abscessus est &c : sic & Aben Esra. De terra Israelis ab aëris salubritate super omnes terras commendabili, Kimchi. item, quia mortui illic reviviscent , (puta per devolutionem cadaverum,) secundum Rabbioh.. Non nulli tamen ex Rabbiniis etiam de refuscitatione hoc acceperunt , teste Kimchiò hoc loco. adde Men. Ben Isr. *de creat. probl.* 17. & 21. ita tamen ut simul etiam legas, quæ contra has nugas affert Hoornbek. cont. *Judeos* p. 558. Anagogicè de cœlo Augustinus, Hieronymus, Theodoretus atque alii interpretantur.

## EXPLICATIO VERSUS X.

*credidi vel credo: ) ut supra vers. 7.*  
semetipsum cohortatus est David ad tranquillam